Quelle: https://manuscripta.at/?ID=6806
Copyright: CC BY 4.0 <img
src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">

salomonis. edificauit ergo sa-
lomon gazer et bethoron in-
feriorem. et baalath et palmira
in terra solitudinis et omnes ci-
tos qui ad se pertinebant et erat
absq; muro munitis: et ciui-
tates curruum et ciuitates equi-
tum et quicquid ei placuit ut edifica-
ret in libano et in libano et in
omni terra potestatis suae. Omnis
populus qui remanserat de a-
morreis et de ethaeis et phere-
zeis et euaeis et iebuseis. qui
non sunt de filiis israel. horum
f filios qui remanserant in terra
quos scilicet non potuerant filii
israhel extinguere fecit salo-
mon tributarios usq; in diem
hanc. De filiis autem israel non
constituit salomon seruire quis-
quam sed erant viri bellatores et mi-
nistri eius et principes et du-
ces et praefecti curruum et equi-
tum erant autem principes super
omnia opera salomonis ipso-
rum quingenti quinquaginta qui ha-
bebant subiecta populum. et
statutis operibus imperabant
filiae autem pharaonis ascendit
de ciuitate dauid in domum sua
quam edificauerat ei salomon
Tunc edificauit millo. Offere-
bat autem salomon tribus vicibus
per annos singulos holocau-
sta et pacificas victimas super
altare quod edificauerat domino
et adolebat domino thymiama
coram domino. perfectusque est tem-
plum. Classem quoque fecit rex
salomon in asion gaber quae est
iuxta aylam in litore ma-
ris rubri: in terra idumee
direxit quoque hiram in classe illa suos
suos viros nauticos et gnaros
maris. cum seruis salomonis qui
cum venissent in ophir sumpsi-
runt inde aurum quadringentorum
viginti talentorum detulerunt ad re-
gem salomonem: ·x·
α Sed et regina saba au-
dita fama salomonis
in nomine domini: venit tem-
tare eum in enigmatibus et in-
gressa iherusalem multo cum comi-
tatu et diuitiis: camelis portan-
tibus aromata et aurum infinitum nimis: et gemmas pre-
tiosas venit ad regem salomo-
nem: et locuta est ei omnia
quae habebat in corde suo et docu-
it eam salomon omnia verba
quae proposuit. Non fuit sermo quod
regem posset latere: et non
responderet ei. Videns autem
regina saba omnem sapienti-
am salomonis et domum quam
edificauerat et cibos mensae
eius. et habitacula seruorum
g et ordines ministrantium vestes
eorum et pincernas et holocau-
sta quae offerebat in domo domi-
ni habebat ultra sensum. Dixit
ergo ad regem. Verus est sermo
quem audiui in terra mea super
sermonibus tuis et super sapien-
tia tua: et non credebam narra-
tibus michi. donec ipsa veni et
vidi oculis meis: et ecce
quod media pars michi nuntiata
non fuerit. Addisti sapientiam
et opera tua. quam rumor quem
audiui. Beati viri tui et be-
ati sunt hi qui stant coram
te semper: et audiunt sapientiam
tuam. Sit dominus deus tuus bene-
dictus cui complacuisti. et posu-
it te super thronum israhel eo quod
r dilexerit dominus israel in sempiterno